

„ todas las razones de nulidad, y agravio, que
 „ del Procello resultan, y se pueden, y deben
 „ colegir: porque no fué dada á pedimento
 „ de parte, ni contra parte, en tiempo, y for-
 „ ma: y por todo lo demás general, que he-
 „ aquí por expreso: y por tal, y tal razon,
 „ &c. Por lo qual, sintiendome agraviado, fué
 „ plico della para ante vuestra Catholica Real
 „ Persona, con la pena, y fianza de las mil y
 „ quinientas doblas, que dispone la Ley de
 „ Segovia: de la qual obligacion, y fianzas
 „ hago presentacion, con la solennidad, y ju-
 „ ramento necesario, &c. Y de como así fué
 „ plico de la dicha sentencia, á V. A. pido
 „ me lo mande dar por testimonio, y al pre-
 „ sente Secretario requiero me dé testimonio
 „ dello, para en guarda de mi derecho, &c.

141. De la qual suplicacion, obligacion, y
 fianza mandan los Señores Oidores dar trasla-
 do á la parte contraria, para que responda á
 ella: porque (como arriba diximos) los Señores
 del Consejo Real, á quien su Magestad comete la
 causa, no admiten alegacion alguna, porque el
 pleyto se ha de ver, y determinar por los mismos
 Autos, con que salió de la Real Chancilleria; y
 la parte contraria respondiendo á la dicha supli-
 cacion, y á lo demás, no ha de oponer, diciendo,
 que no hay grado de segunda suplicacion en
 el dicho pleyto, porque esto tan solamente se
 ha de tratar ante los dichos Señores Jueces de
 Consejo Real: 142. y lo que ante los Señores de
 Chancilleria la parte fuele, y acostumbra alegar
 es, contradiciendo las fianzas, diciendo, que no
 son bastantes: y deste artículo conocen los di-
 chos Señores de Chancilleria, y mandan á las par-
 tes que den informacion, el uno, de que son bas-
 tantes, y el otro, de que no: 143. y sobre este ar-
 tículo pronuncian Auto los dichos Señores de
 Chancilleria de Vista, y Revista.

144. De lo qual se sigue, que la decima re-
 mision puesta al fin del tit. 19. lib. 4. Recop.
 en que dice, que no haya lugar suplicacion, de de-
 clarar los Oidores por bastantes, ó no, las fianzas
 que diere la parte, que quiere suplicar con las mil
 y quinientas, no se puede entender en el Auto,
 que se dá destas fianzas, sino en el Auto, que de
 otras fianzas diferentes habla la ley, que la mis-
 ma remision alega, que son las que está obligado
 á dar el que tiene dos sentencias conformes en
 posesion, y pide execucion dellas: las quales,
 manda la ley, que se executen, dando primera-
 mente aquel, en cuyo favor fueron dadas, fianzas
 suficientes á contento de los Jueces, que dieron
 la ultima sentencia, de que restituirá las cosas
 en que fuere hecha execucion, si fuere condena-
 do en la propiedad, y que del Auto, que los tales
 Jueces dieren, sobre si las fianzas son bastan-
 tes, no se puede suplicar, ni apelar: y así consta,

que son diferentes de las que nosotros hablamos.

145. Advertase, que la parte suplicante pro-
 cure de que dentro de los veinte dias, en que
 está obligado á suplicar, se acabe el artículo sobre
 si las dichas fianzas son suficientes, ó no; porque
 si acabáse, que passados los dichos veinte dias,
 los Señores de Chancilleria declarassen las fianzas
 por no suficientes, no podrá dar otras, aunque
 los Señores de Chancilleria en su Auto se las man-
 dassen dar; y por el coniguiente cessaria el gra-
 do de la segunda suplicacion, pues fué suya la
 culpa, que no guardó la forma de la ley dentro de
 los veinte dias, como todo ello lo resolvimos ar-
 riba en este Tratado num. 102.

146. Y acabado de determinar este artículo
 por los dichos Señores de Chancilleria, ahora ha-
 ya havido la dicha contradiccion de las fianzas,
 ora no, la dicha parte suplicante pide, y requiere
 al Secretario de la causa, que le dé testimo-
 nio de la dicha suplicacion, y fianza, y de lo
 proveido por los dichos Señores de Chancilleria,
 acerca del abono, y aprobacion de las fian-
 zas: y el dicho Secretario se lo dá con relacion de
 las sentencias dadas en el dicho pleyto, y como tie-
 ne suplicado dellas segunda vez con la pena, y
 fianza de las mil y quinientas, para ante la Per-
 sona de su Magestad; y que tiene hecha obligacion,
 y dadas fianzas de la dicha pena, las quales
 están habidas por bastantes por los dichos Señores
 de Chancilleria: y con este testimonio que el
 Secretario dá, la parte suplicante se vá donde
 está la Persona Real de su Magestad, y con él
 se presenta ante su Magestad: lo qual ha de ha-
 cer dentro de quarenta dias, desde el día que su-
 plicó, so pena de desercion, como arriba resolvimos
 en este Tratado num. 123. Y base de pre-
 sentar ante su Magestad, ó ante el Gobernador del
 Reyno en su ausencia, dando una peticion en
 la forma siguiente.

C. R. M.

147. „ Fulano, en nombre de Fulano,
 „ me presento ante V. Mag. en grado de se-
 „ gunda suplicacion, con la pena, y fianza de
 „ las mil y quinientas doblas, que dispone la
 „ Ley de Segovia, de ciertas sentencias dadas,
 „ y pronunciadas por vuestro Presidente, y
 „ Oidores, que residen en la Villa de Valla-
 „ dolid, en el pleyto que el dicho mi parte
 „ trata con Fulano: á V. Mag. suplico me
 „ haya por preferido en el dicho grado, y
 „ mande nombrar Jueces, que vean, y de-
 „ terminen el dicho pleyto, en lo qual recie-
 „ biré muy gran merced, &c.

148. Su Magestad responde á esta peticion,
 que lo remite á los de su Consejo, y el Supli-
 cante con la dicha peticion, y lo en ella proveido,

y su Testimonio se presenta en Consejo, pidién-
 do le manden dar la ordinaria, para que el Se-
 cretario de la Chancilleria, donde pendió el di-
 cho pleyto, embie el proceso al Consejo, citada
 la parte contraria, y en el Consejo suele la par-
 te contraria oponer, diciendo, que en el dicho
 pleyto no hay grado de segunda suplicacion,
 por no concurrir los requisitos necesarios,
 que arriba diximos. (b)

149. Y de allí adelante se procede en el pley-
 to por los dichos Señores del Consejo; y del Auto
 que pronuncian, sobre si hay grado de segunda
 suplicacion, ó no, no se puede suplicar, ni se ad-

mite suplicacion, como lo dispone la ley 5. tit.
 24. lib. 4. Recop. Y declarando haver lugar el
 dicho grado de segunda suplicacion, los dichos
 Señores del Consejo ven el proceso en el artículo
 principal, y por los mismos Autos de él, que vi-
 nieron de la Chancilleria, lo determinan, sin
 admitir alegacion alguna, como está ya di-
 cho. 150. Que omnia circa interpositionem
 secundæ supplicationis sat erit me dixisse, &
 ca quidem non solum meo, verum etiam
 Advocatorum, & Jurisperitorum hujus nos-
 træ tēpeltatis maturo prælimato Consi-
 lio.

(b) En el tercero artículo de este Tratado, desde el num. 22.

FINIS SEPTIMÆ PARTIS HUJUS PRIMI TOMI.

OCTAVA PARS, HUJUS PRIMI TOMI.

DE MODO, ET FORMA PROCEDENDI á Judicibus in Syndicatu.

EX PROEMIO SUMMARIÆ.

1 J Udicēs, durante tempore administrati-
 nis, conveniri nequeunt super rebus á
 se male gestis.

2 J udicēs omnes tenentur rationem reddere
 sue administrationis, post eorum officium de-
 positum, quod á Sacra Scriptura originem ha-
 bet.

3 J udicēs á Principe creati ad aliquem Magis-
 tratum, tenentur prestare cautionem fidejussori-
 am de bene administrando, & stando syn-
 dicatu, finita eorum administratione, intra tri-
 ginta dies á die sue receptionis in Concilio Loci,
 quantumvis facultatibus abundant.

4 Fidejussores á judicibus commisi, sed
 tantum ad interesse, respectu damni Republicæ
 illati, non vero pro damnis illatis privatis per-
 sonis, nec pro male gestis extra officium, vel
 tempore prorogationis, nisi generaliter in om-
 nem causam se obligaverint.

5 Fidejussores judicum, vel Magistratum
 non debent prius conveniri, quam ipsi J udicēs,
 vel Magistratus, licet beneficio excusationis re-
 nuntiaverint.

6 Magistratus cujuslibet administratio per
 unum annum durat, & ex Principis pro-
 voga-

tionē per biennium.

7 Syndicatus dicitur, quasi de querelis sin-
 gulorum sermo, & quis propriè dicatur Syndi-
 cus, traditur.

8 Syndicatores J udicēs tenentur observare
 omnia contenta in litteris suarum commissio-
 num, & capitula Correcctorum, qui re syndicari
 debent.

9 Magistratus, & reliqui Officiales Reipub-
 licæ tenentur syndicati stare per triginta dies
 á die quo J udicēs Syndicatores se presentave-
 rint cum litteris suarum commissionum.

10 Termini omnes possunt cumulari in cau-
 sa syndicatus propter infantiam brevitate.

11 Syndicatus causæ intra triginta dies sunt
 pertractandæ, quibus elapsis, Magistratus, &
 reliqui Officiales non possunt conveniri super
 occultis causis ex officio tractandis, & quid de
 causis ad instantiam partium motis, traditur.

12 Magistratus, & eorum Officiales, du-
 rante termino triginta dierum Syndicatus, non
 debent recedere á loco officii sui, & per se, non
 per Procuratores causas agere debent, nisi in-
 tra triginta dies causæ non fuerint finitæ, alias
 ejus fuga facit inditium ad torturam.

13 Magistratus fugiens intra triginta dies

syndicatus, habetur pro confesso in omnibus, quibus in syndicato est accusatus; per juramentum tamen accusatoris debent crimina probari contra eum: si tamen timore alicujus inimici capitalis fugerit, talis fuga non inducit presumptionem contra eum.

14. Syndicatus tempore favendum est Magistratibus per Judices Syndicatores, nec facienda est per eos scrupulosa inquisitio in reverentiam prioris officii.

15. Offendens Magistratum, finito officio, ratione officii prateriti puniendus est eisdem penis, quibus puniretur, si durante officio eum offenderet.

16. Magistratus tempore syndicatus, non solum querelantibus de se, verum etiam de suis Officialibus, & familia respondere tenetur, si civiliter, non etiam criminaliter agatur.

17. Magistratus in casibus, in quibus pro suis Officialibus, & familia tenentur, non debent prius conveniri, quam ipsi Officialiales, & familia.

18. Magistratus exhibens Officialem, pro quo tenetur, liberatur a sua obligatione, etiam si eum exhibeat post sententiam condemnatoriam ante ejus executionem.

19. Magistratus defunctus qualiter syndicari debeat, & an ejus haeres in syndicato tenetur.

PRO O E M I U M H U J U S T R A C T A T U S.

1. CUM regulariter, durante tempore administrationis, Judices conveniri nequeant super rebus a se male gestis, (a) & secundum Evangelicam doctrinam unusquisque tenetur rationem reddere suae villicationis: (b) ideo merito jure cautum est, omnes Judices, & Magistratus cujuscunque conditionis, & status teneri rationem reddere suae administrationis post eorum officium depositum, (c) aequum tempore est, quod Officialis id, quod comedit tempore sui officii, digerat tempore syndicatus ad instar cibi. (d)

2. Quae juris dispositio originem trahit a Sacra Scriptura, ut constat ex illo 1. Regum,

cap. 12. ubi Propheta Samuel, deposito Regno, dixit ad universum Israel: *Constitui super vos Regem ... ego autem senui, & incanui: & filii mei vobiscum sunt: conversatus coram vobis ab adolescentia mea usque ad hanc diem, ecce praesto sum: loquimini de me coram domino ... utrum bovem cujusquam tulerit, aut asinum: si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cujusquam manus accepit, & contemnam illud hodie restituique vobis.* Quo in loco Samuel, finita sui Regni administratione, voluit ejus rationem reddere: Sylla etiam Romanorum Dux primo quoque anno Dictaturam deponere, & in subditorum potestatem se tradebat, quo majus specimen humanitatis, & justitiae suae eisdem praeberet, ut est apud Tranquillum. (e)

3. Hinc etiam inductum fuit, quod quoties Judices a Principe creandi sint ad aliquem Magistratum, praestare teneantur cautionem fidejussoriam de bene administrando, & stando syndicato, finita eorum administratione, juxta text. in leg. *Fidejussores Magistratum* 68. in princ. ff. de *Fidejuss.* (f) & in leg. 6. tit. 4. Part. 3. (g) & probatur in leg. 23. tit. 7. lib. 3. Recop. ubi novè disponitur, praedictam fidejussoriam praestandam fore a Correctoribus, Judicibus, & reliquis Officialibus, intra triginta dies connumerandos a die, quo ipsi se praesentaverint cum Provisione Regia suae creationis in Concilio illius Loci, ad cujus regimen fuerint electi, & ab eodem Concilio recepti: (h) idem etiam disponitur in leg. 13. tit. 5. lib. 3. Recop. quod in loco certae personae prohibentur pro Magistratibus fidejungere, Quinimo praedictam cautionem fidejussoriam Judices assumpti praestare tenentur, quantumcumque manifeste facultatibus idonei sint, argum. text. in leg. 1. in princ. ff. *Ut legat. seu fidei commiss.* & in leg. 1. §. *Si Magistratus*, ff. de *Magist. conven.* & in princ. *Instit. de Satisfact.* quibus jure probatur, quod, quando quis ex dispositione legis satisfacere tenetur, non liberatur ab onere satisfaciendi, ex eo quod facultatibus idoneus sit: (i) quam opinionem pra-

& 23. tit. 7. lib. 3. Recop.

(d) Juxta gloss. in leg. *Soluta*, verb. *Primi pili*, Cod. de *cohortat.* lib. 12. & notat Jass. in dict. leg. unic. n. 6. & Paris de Put. in Tract. *Syndic.* fol. 1.

(e) Ut refert Ambrosius Calepinus in Dict. verb. *Sylla*. (f) Et ibi notat Bart. & in leg. unic. Cod. de *Peric. eorum*, qui pro *Magist.*

(g) Et ibi notat Gregor. Lup. verb. *Tomar fadores*.

(h) Et notat Did. Perez in leg. 6. tit. 16. lib. 2. Ordin. in gloss. verb. *Eden fadores*, & Avend. de *Execuq.* mand. Reg. 1. part. cap. 2. n. 15.

(i) Et ita observat Alex. in leg. 1. ff. *Qui satisf. cogant.*

praxis observat, quamvis Bartolus in leg. *Quicunque* II. Cod. de *Fand. patrim.* lib. 11. arg. illius text. firmet, Judicem facultatibus idoneum non teneri fidejussorem praestare: pro cuius opinione adducitur etiam text. in leg. *Sciendum* in princ. ff. *Qui satisf. cogant*. cui tamen non suffragatur text. in dict. leg. *Quicunque*, nam intelligi debet, ut ipse Bartolus intelligit in leg. *Privata*, Cod. de *Murilegulis*, lib. 11. nec etiam pro ejus opinione facit text. in dict. leg. *Sciendum*: nam responderet, text. illum non procedere in satisfatione legali, scilicet, quando ex dispositione legis quis satisfacere tenetur.

4. Qui fidejussores solummodo tenentur ad interelle, respectu damni reipublicae illati, non vero ad poenam, quam Judices delinquendo incurrunt: (j) nec etiam tenentur pro extorsionibus, damnis, & violentiis illatis privatis personis, (k) nec ad ali, quod Magistratus debent singularibus personis, nec etiam de male gestis extra officium suum, secundum Hippolitum: (l) nec etiam tenentur pro male gestis tempore prorogationis sui officii, ut cum Baldo, & aliis resolvit Avendanius: (m) quae omnia vera sunt, & procedunt, nisi promissio fidejussoris recepta esset in omnem causam, & tam generaliter, & late, quod apta esset comprehendere omnia supra dicta, nam tunc in omnibus praedictis casibus fidejussores tenentur, ut docent Bartolus, & Platea. (n)

5. Non tamen fidejussores Magistratum debent prius conveniri, quam ipsi Magistratus, etiam si beneficio executionis renuntiaverint. (o) Advertendum etiam erit, hos fidejussores non posse compellere Magistratus, pro quibus intercesserunt de stando syndicato, ut eos liberent a fidejussione, & novos fidejussores

de indemnitate eis dent, priusquam fidejussores pro eis aliquid solvant, vel Magistratus bona sua dilapident, vel transportent. (p)

6. Unde, finita uniuscujusque Magistratus administratione, quae spatio unius anni durat, ut docet Bartolus, (q) vel ex prorogatione Principis, biennio, (r) creantur a Principe Judices Syndicatores, coram quibus Magistratus rationem suae administrationis reddant, appellanturque Syndicatores, ad instar *Syndici Universitatis*: nam sicuti in Universitate constituitur Syndicus ad defendendas ejus causas, ita Syndicus constituitur ad revidendam, & judicandam rationem digelionis: 7. Syndicus enim dicitur, quasi de *querolis singularum sermos* secundum DD. Antiquos. (s) Quis autem proprie dicatur Syndicus, tradit Budeus. (t)

8. Qui Judices Syndicatores, durante officio syndicatus, tenentur observare omnia contenta in litteris suarum commissionum, & omnia capitula Correctorum, ut probat lex 8. tit. 7. lib. 3. Recop. quo finito, ipsi resyndicantur, ut resolvit Amodeus, (u) & ita expresse dispositum est in leg. 21. tit. 7. lib. 3. Recop. coram quibus Magistratus, & reliqui Officialiales Reipublicae reddere debent rationem suae administrationis, nedum de rebus gestis ab eis, tanquam Judicibus Ordinariis, verum etiam de gestis ex aliqua commissione, vel delegatione, ut probatur in leg. 3. tit. 7. lib. 3. Recop. Tenenturque syndicato stare per integrum spatium triginta dierum a die, quo Judices Syndicatores se praesentaverint cum litteris suarum Commissionum in Concilio illius Loci, probat lex 23. tit. 7. lib. 3. Recop. & lex 3. tit. 9. lib. 3. Recop. per quae jura spatium quinqueaginta dierum concessum ad eundem effectum a leg. unic. Cod. *Ut omn. judic. tam civil.* & a leg. 6. tit. 4.

Par.

n. 12. & 13. receptus a Gregor. Lup. in leg. 6. tit. 4. Part. 3. verb. *fiadores*, & ab Avilesio in cap. 3. *Judicium syndicatus* in gloss. verb. *Pregonar*, n. 20.

(j) Ut in leg. *Liberus*, §. fin. ff. *Ad municip.* & in leg. *Fidejussores magistratum*, ff. de *Fidejussor.* & in leg. unic. Cod. de *Peric. eorum*, qui pro *magist.* ubi hoc notat Bart. & Platea.

(k) Juxta text. in leg. 1. §. 1. in princ. ff. de *Magist. conven.* & ibi notat Bald.

(l) In Rubric. de *Fidejuss.* n. 122.

(m) De *Execuq.* in mand. Reg. 1. part. cap. 2. n. 16. verb. *Fidejussor* autem, quamvis in contrariam partem videatur inclinare Avil. in cap. *Pratorum*, cap. 22. n. 22.

(n) In dict. leg. unica, Cod. de *Peric. eorum*, qui pro *magist.* & in leg. 1. Cod. de *Conven. Fisci debitorum*, & Avil. in cap. *Pratorum*, cap. 4. in gloss. verb. *Sea obligado*, n. 20. & in cap. 3. *Judicium syndicatus* in gloss. verb. *Pregonar*, n. 19. & Avendani. ubi supra, in dict. cap. 2. n. 15.

(o) Juxta text. in leg. 3. §. fin. ff. de *Administ. rerum ad hered. pertin.* per quem text. ita tenet Bartol. ubi, & Alex. in *Addit.* & Bertach. in *Reperitorio*, verb. *Fidejussor*. Ro-

deric. Suarez in leg. 2. tit. *De los Empleamientos*, lib. 2. Fori, §. *Queritur* ulterius, nunquid fidejussor, verbi. Ex praedictis infero, n. 11. & Joan. de Plat. in dict. leg. 1. in princ. Cod. de *Conven. Fisci debitorum*, & Avend. ubi supra, in dict. cap. 2. n. 15. verb. *Et inspectis*.

(p) Juxta text. in leg. *Si pro ea*, Cod. *Mandati*, & ibi DD. & in leg. *Lucius*, ff. *Mandati*, & tenet Montalv. per text. ibi in leg. 8. tit. 18. lib. 3. Fori, & Palac. Rubios in *Repetitione*, cap. *Per vestras*, §. 9. n. 15. de *Dunat.* & Avil. in cap. 3. *Judicium syndicatus* in gloss. verb. *Pregonar*, n. 22.

(q) In leg. *Omnes populi*, n. 52. ff. de *Juss. & jure*.

(r) Juxta text. in leg. *Neminem*, Cod. de *Silvegr. praepos.* & *arcar.* lib. 10. & ita jure hujus Regni disposum est per leg. 4. tit. 5. lib. 3. Recop. in Lusitania tamen triennio durat, ut in lib. 1. *Ordinat.* tit. 42. §. 1.

(s) Ex notatis a gloss. in leg. 1. §. 1. verb. *Syndicum*, ff. *Quod casusque universi*, non.

(t) In *Annotation.* ad leg. fin. §. *Defensores*, ff. de *Mon. & honor.* & Calepinus in *Diction.* verb. *Syndicus*.

(u) In *Tract. Syndic.* verb. *Syndicos*, & *Syndicatores*.

Partit. 3. jam *hodie* conflatum est ad spatium triginta dierum, quod tempus continuum est, cum de interesse Reipublicae agatur; (x) & ita causa Officialium die feriato agitari possunt, secundum Parid. de Puteo; (y) 10. ac proinde propter brevitatem instantiae, omnes termini, videlicet, ad excipiendum, probandum, & probatum habendum, & ad familia cumulantur, secundum Baldum: (z) 11. & intra praedictum tempus triginta dierum Magistratus, & reliqui Officiales conveniri debent, & causa, quae *oculte ex officio Judicis* per inquisitionem expediuntur, terminari debent intra praedictum tempus; alioquin, elapso praedicto termino, conveniri non poterunt super occultis causis ex officio tractandis, etiam in propria patria Officialium. (a)

Causae vero publicae deductae ad instantiam partium etiam durant, & terminari possunt post terminum triginta dierum, dummodo intra dictum terminum in iudicio deductae fuerint: (b) quod verum est, & procedit, quando in loco officii factum fuisset proclama, ut omnes, qui vellent aliquid contra Magistratum, & ejus Officiales petere, comparerent intra tempus triginta dierum, cum comminatione, quod si termino elapso non venirent, audiendi non essent, & post terminum praedictum in contumaciam non comparentium Syndicatos proculicent sententiam, absolventes Magistratum & eorum Officiales, & pronuntiantes, amplius querelantes audiendos non fore, ita docet Baldus. (c) Ceterum, si praedictum praerogonum non fuisset factum, tunc Magistratus & eorum Officiales, etiam elapso termino

triginta dierum, perpetuo conveniri poterunt in patria, & proprio foro, ut docet Bartolus. (d) Et juxta hanc resolutionem intelligi debet lex unic. *verf. Sciente autem*, Cod. *Ut omn. jud. tam Civil.* (e) quod procedit, etiam si, elapso praedicto termino syndicatus, in praerogonum praefixo absolutio non fuerit sequuta, secundum communem opinionem, (f) & ita quotidie praerogonum testantur Ant. Gomez, (g) & Julius Clarus. (h)

12. Et durante termino triginta dierum, Magistratus, & eorum Officiales a Loco officii recedere non debent, sed per se ipsos, & non per Procuratorem causas agere tenentur: (i) *praerogonum* tamen observat, quod per Procuratorem possunt causas agere, dummodo ipsi permanent in Loco officii per spatium triginta dierum, ut resolvit Aviles; (j) & si cause non finiuntur intra praedictum terminum, poterunt recedere, & eas per Procuratorem prosequi. (k) Si vero Magistratus ad aliam administrationem vocaretur per Principem, tunc intra terminum triginta dierum poterit recedere a Loco officii, dimittendo Procuratorem, qui causas syndicatus agat, (l) quod tribus modis limitat Aviles, (m) alioquin, si Magistratus fugerit a Loco officii, durante dicto termino triginta dierum, ejus fuga faceret inditium ad torturam, (n) nam fuga inditium facit ad torturam. (o) 13. Imo ex tali fuga Magistratus pro confesso haberetur in omnibus, de quibus in syndicatu accusabatur, & sine alia probatione condemnari possent: (p) quia tunc fuga ipsa est crimen, & delictum de per se, qua probata, statim imponitur poena, & poenitio ejus sequitur; (q) quando vero fuga est suspicio,

(x) Arg. text. in cap. fin. de Feriis.

(y) In Tract. Syndicatus, verb. *Feria*, n. 123. & *Amod.* in eodem Tract. in part. inchoata, & formata, n. 182.

(z) In leg. *Properandum* in princ. & ibi Jass. n. 14. Cod. de *Judic.* & facit text. in cap. *Pastoralis*, de *Except.* tradit Cataldini. in Tract. Syndicatus, quest. 76. n. 4. & 6.

(a) Secundum Baldum in leg. *Observare*, §. *Proficiat*, ff. de *Offic. Proconsul.*

(b) Ita resolvit Catald. ubi supr. quest. 71. & ita praxis observat ex Monterroso in sua Pract. in tract. 9. de *la Re-fidencia*, cap. fin.

(c) In dict. leg. *Observare*, §. *Proficiat*, & Additionator Bartol. in leg. *Datur*, n. 6. ff. *Ad leg. Jul. Repetundar.* & tradit Paris de Puteo in Tract. Syndicatus in part. Officialis finito officio, & Aviles in dicto cap. 3. *Judicium syndicatus*, n. 11.

(d) In dict. leg. *Datur*, num. 6. ejus doctrinam sequitur Didac. Perez in leg. 6. tit. 16. lib. 2. *Ordinam.* in gloss. 1.

(e) Et gloss. in dict. leg. *Datur*.

(f) Ex Boso in Pract. *Crimin.* in tit. de Officiali corrupto pecunia, n. 32.

(g) 3. Tom. *Variar.* cap. 1. n. 23. in fin.

(h) Lib. 5. *Sentent.* §. fin. quest. 51. n. 6.

(i) Juxta text. in leg. 12. tit. 5. Part. 3. & Gregor. Lup.

ibi in gloss. fin. & probatur in leg. 23. tit. 7. lib. 3. *Recop.*

(j) In dict. cap. 3. n. 18.

(k) Ut firmat Catald. dict. Tract. quest. 71. *Avil.* in dict. cap. 3. n. 18.

(l) Juxta Auth. de *Collatoribus*, §. fin. Coll. 9. tradit Paris de Puteo, ubi supr. in part. procurator officialis, & Gregor. Lup. in leg. 6. tit. 4. Part. 3. verb. *Ellos deliques.*

(m) In dict. cap. 3. n. 18. in medio.

(n) Secundum Ang. in leg. *Quisquam*, ff. de *Pignori*. & Puteum in dict. Tract. *verf. Dicitur*, & in part. an officialis aufugit.

(o) Ut in leg. *D. Adrianus*, ff. de *Custod. rer.* & in leg. *Raptores*, Cod. de *Episcop. & Cleric.* & firmat gloss. in leg. *Admonendi*, verb. *Exacto*, & ibi Jass. lect. 2. n. 137. ff. de *Jurjur.*

(p) Juxta text. in leg. 3. *verf. Pro confesso autem*, Cod. de *Affessor.* & notat ibi Bart. & tenet Panorm. in cap. *Veritatis*, de *Dolo*, & *contum.* n. 30. & ejus Additionator in cap. *Adversus*, de *Immun. Eccles.* super n. 4. Hypol. in Pract. *Crim.* §. *Diligenter*, n. 47. & Anton. Gom. in leg. 76. Taur. n. 12. in princ.

(q) Juxta text. in leg. *Defertorem*, & in leg. *Proditores*, ff. de *Re milit.* & in dict. leg. 3. & ibi gloss. & communiter DD. Cod. de *Affessor.*

presumptio, vel inditium alterius delicti principalis, veluti homicidii, furti, vel similis, tunc inditium ad torturam solummodo inducit. (r) Bene tamen verum est, quod licet Magistratus fugiens habeatur pro confesso, & condemnari possit de criminibus, de quibus fuerat accusatus; tamen per juramentum accusatoris probari debent crimina illa a Magistrato commissa fuisse. (s) Debentque Magistratus a syndicatu fugientes plecti aliis poenis, de quibus in Auth. *Ut Judic. sine quoq. suffrag.* (t) Nec si ad Ecclesias confugerint, gaudebunt earum immunitate: (u) in quo tamen articulo dicendum erit, ut supra resolvimus. (x) Si vero Magistratus a syndicatu fugerit, timore alicujus inimici capitalis, qui minatus fuerat, quod, deposito officio, esset eidem illaturus injuriam, tunc enim fuga licita esset, nec faceret aliquam probationem, vel praesumptionem adversus eum. (y)

Ceterum, si Magistratus, & eorum Officiales tempore syndicatus non fugerint, probationes contra eos debent esse clarae, & evidentes, quia multum pro Jure praesumitur: (z) Judex enim omnia iuste, & recte facere praesumitur, (a) & in dubio non praesumitur contra eum dolus, sed potius imperitia. (b) 14. Ac proinde tempore syndicatus Magistratibus favendum erit per Syndicatos, nec facienda erit adversus eos scrupulosa inquisitio, in reverentiam prioris officii, (c) nec de minimis erit syndicandus, secundum Baldum, (d) & facit text.

in leg. pen. ff. de *Quaest.* ubi dicitur, quod in Decurione amoto de officio absque turpitudine, durant reliqua prioris dignitatis 15. ac ideo, si finito officio Magistratus, *ratione officii prateriti* ab aliquo offendantur, offendens puniendus erit eisdem poenis, quibus puniretur, si durante officio eum offenderet, (e) quinimo injuriam irrogans Officiali tempore syndicatus poena mortis plectendus erit, ut resolvit Jul. Clarus. (f)

16. Magistratus tamen tempore sui syndicatus tenebitur, nedum respondere omnibus de se querelantibus, (g) verum etiam respondere tenetur querelantibus de suis Officialibus, uxore, & familia: (h) nam Officialis substitutus gerit periculo substituentis: (i) & quod de praedictis personis teneatur respondere expresse dispositum est in leg. 4. tit. 6. lib. 3. *Recop.* quod tamen verum intelligitur, si *civiliter* ad interesse, & non *criminaliter* agatur contra Officiales, & familiam Magistratus, secundum Glossam: (j) & ita licet Magistratus se obligaverit ad solvendam omnem poenam civilem, & criminalem pro suis Officialibus, debet tamen intelligi de poena criminali pecuniaria, non vero corporali, quam alius pro alio solvere non debet: (k) & nedum Magistratus de delictis *in faciendo* consistentibus, pro suis Officialibus commissis tenetur, verum etiam de his, quae *in negligendo* consisterint: nam Judicum negligentia dolus est, (l) & ob negligentiam Judex ab officio repellitur, (m) & talis culpa puni-

(r) Et ita intelligitur text. cum similibus in leg. *Div. Adrianus*.

(s) Juxta text. in Auth. de *Collator.* §. fin. *verf. Si vero*, tradunt Anton. & Imola in cap. fin. de *His, que vi. Jass.* in leg. unic. n. 3. Cod. *Ut omnes judic. tam Civiles*, & in Re-petitione. leg. *Admonendi*, n. 146. de *Jurjur.*

(t) Et ibi notat gloss. verb. *Purti*.

(u) Ut probari videtur in dict. leg. unic. Cod. *Ut omnes judic.* *verf. Non domi*, & in leg. *Ulicunque neperus fuerit*.

(x) In 5. Part. hujus 1. Tom. §. de *Delinquentibus ad Ecclesiam confugentibus*, cal. 55. n. 179.

(y) Argum. text. in leg. *Quod si fugerint*, §. *Apud Labonem*, ff. de *Edict. edil.* & tradit Amod. in Tract. *Synd.* in parte. Item in eo, quod dictus potestas in *verf. 3.* & *Avil.* in cap. *Prator.* cap. 1. in gloss. verb. *Dadivari*, n. 24. ubi alios calus refert, in quibus licet Magistratui a Syndicatu fugere.

(z) Ut in leg. *Si quis*, Cod. de *Offic. civil. judic.* & firmat Bald. in leg. *Observare*, §. *Proficiat*, quest. 20. ff. de *Offic. Proconsul.*

(a) Juxta text. in cap. *Bona memoria*, de *Appell.* & in leg. *Non cogendum*, §. 1. ff. de *Procure.*

(b) Leg. 1. in princ. ff. de *Appell.*

(c) Arg. text. in leg. *D. Marco*, Cod. de *Quaest.* & tenet Paris de Puteo in Tract. *Syndicatus*, in parte: per Syndicatos, fol. 18.

(d) In cap. *Com te* in princ. de *Re judic.*

(e) Secundum Bald. in cap. 1. §. 1. de *Pate tenend.* & *ejus violat.* & in leg. *Sales*, §. fin. & in leg. *Obfero*, §. *Proficiat*, ff. de *Offic. Proconsul.*

(f) Lib. 5. *Sententiarum*, §. fin. quest. 68. n. 21.

(g) Ut in Auth. *Ut in iudic. sine quoq. suffrag.* §. *Necessitatem*, & in Auth. de *Collator.* §. fin. & in dict. leg. unic. Cod. *Ut omnes jud.* & in leg. 6. tit. 4. Part. 3. & in leg. 23. tit. 7. lib. 3. *Recop.* & in leg. 3. tit. 9. eodem lib.

(h) Ut probat in leg. *Agentes in rebus*, Cod. de *Agentib. in rebus*, lib. 12. & in leg. *Neminem*, Cod. de *Decur.* lib. 10. & in leg. *Observare*, §. *Proficiat*, & ibi gloss. ff. de *Offic. Proconsul.*

(i) Ut in leg. *Nullus, qui nexa*, Cod. de *Decurion.* lib. 10.

(j) In dict. §. *Proficiat* receptam communiter ex Amod. in Tract. *Syndic.* n. 198.

(k) Arg. text. in leg. *Qui servum* in princ. ff. de *Interrog. action.* & in leg. *Sancimus*, Cod. de *Paris.* & in cap. *Cum homo* 23. quest. 5. & ita cum Romano, & aliis resolvit Avil. in cap. *Prat.* cap. 4. in gloss. verb. *Sea obligado*, n. 13. & *Avend.* de *Mandatis exequendis*, 1. part. cap. 3. n. 5. in fin. *verf. Et in quantum littera*.

(l) Leg. *Fidejussor*, leg. *Dolus*, ff. *Mandat.* leg. *Magna*, ff. de *Verb. sign.* notat Bart. in leg. *Titium*, aut *Mevium*, ff. de *Admin. tutor.*

(m) Leg. 1. §. *Quies*, ff. de *Offic. Praefect. Urbis*, notat Dec. in leg. pen. Cod. de *Paenis*, & facit text. in leg. fin. Cod. de *Administ. tutor.*

niri debet, ac si in faciendo consisteret. (n)

17. Bene tamen verum est, quod in casibus, in quibus Magistratus pro suis Officialibus, & familia tenetur, prius Officiales, & familia convenire debent, quam ipse Magistratus: (o) 18. Satisfaciat etiam Magistratus pro suo Officiali, si eum exhibeat, & ab obligatione per talem exhibitionem liberabitur: (p) quod procedit, etiam si Officialem exhibeat post sententiam condemnatoriam ante ejus executionem. (q)

Et de quibus rebus, & pro quibus personis Magistratus, & eorum Officiales in syndicato teneantur latius apparebit infra, in art. interrogatorii de la residencia secreta. Et ad quid Judex, qui male judicavit ex imperitia, dolo, vel culpa tenetur in syndicato parti laesa, jam supra resolvimus. (r) Et qualiter Magistratus defunctus syndicari debeat: & an ejus haeres in syndicato pro eo teneant, tradit Baldus. (s) Interim tamen nos, pro Juvenum, & Tyrorum Judicum instructione, decrevimus praescribere formam, & ordinem procedendi a Syndicatoribus in syndicato, & fulminandi procellum, juxta hodiernum usum, & leges hujus Regni.

EX CAPITE UNICO. SUMMARI A.

- 1 Stylus, qui servatur in fulminando processu in syndicato.
- 2 Corrector antiquus, & ejus Officiales suspenduntur a suis officiis per adventum novi iudicis, vel Correctoris, presentata Provisione Regali in Concilio Loci, ubi praesse debet: nam tempus presentationis litterarum, & non data attenditur.
- 3 Testimonium diei, in quo novus Magistratus fuit receptus ad ejus administrationem debet a Tabellone exhiberi ipsi Magistratui, ut ad Supremum Consilium Regium mittat.
- 4 Praconium, quod pro syndicato omnibus intimatur, & emittitur sermone Hispano compositum.
- 5 Praconium de rebus tangentibus bonum

(n) Leg. Mancipia, Cod. de Servis fugit. leg. Si quis in conscribenda, Cod. de Pallis, & in specie firmat Paris de Puteo in Tract. Syndic. in parte negligentia, & facit lex Nam & servus, §. fin. ff. de Neg. gest.
(o) 2. gloss. in leg. Si quis ex capere, Cod. de Mutilig. lib. 11. & ibi notat Platea & Avil. in dict. cap. 4. in gloss. verb. Sea obligado, n. 1. in fin.
(p) Juxta text. in leg. Post depositum, & ibi notat Barr. Cod. de Assessor. & text. in leg. 1. §. Familia, & ibi Paul. & Angel. ff. de Publ. & relig. & probatur in dict. leg. 4.

publicum prolatum in syndicato, & unicuique que rei praconium late explicatur.

6 Armorum usus de jure communi regulari est prohibitus, & quid de jure Regio sit permittitur circa armorum delationem, & quibus poenis sit afficiendus arma prohibita deserens, & plura alia de armis traduntur.

7 Clericus prima Tonfura initiatus, qui declinavit jurisdictioni Seculari, si invenitur cum armis, potest per Judicem Secularem eis spoliari absque poena excommunicationis, & num. 10.

8 Sententia declaratoria est necessaria super amissione armorum.

9 Arma quis non amittit, nisi actualiter fuerit cum eis deprehensus, licet constet, illum arma prohibita portare.

10 Ad Judicium officium spectat praecavere, ne damna, & scandala in Republica oriantur, & num. 12. in fine.

11 Vagabundi diversis poenis puniuntur: & vagabundi qui dicantur, traditur.

12 Contra concubinariorum, lenones, sortilegos, & maleficos qualiter procedendum sit, & similiter contra ludentes ludis prohibitis.

13 Stabularii qualiter exercere debeant sua officia.

14 Contra blasphemos qualiter procedatur.

15 In syndicato duplici via procedi potest, aut per viam accusationis, aut per viam inquisitionis.

16 Interrogatorium, seu articuli, qui in syndicato occulto, id est, in la residencia secreta, fiunt contra Magistratum, & ejus Officiales, & singuli articuli explicantur.

17 Judex tenetur unicuique suum jus tribuere, alias tenetur in syndicato parti laesa ad interesse, etiam si ex negligentia fecerit, & num. 20.

18 Judex injustam sententiam proferens in syndicato potest conveniri, etiam si pars laesa non appellaverit, & sententia transferit in rem judicatam, nisi expresse consenserit sententia injusta.

19 Judex injuste aliquem deprehensens, & in carcerem detrudens potest ad interesse in syndicato conveniri.

No-

tit. 6. lib. 3. Recop. & late tradit Avil. in dict. cap. 4. in gloss. verb. Entregate.

(q) Ita cum Alex. resolvit Avend. de Exec. mand. 1. part. cap. 3. n. 6. in fin.

(r) In 1. part. hujus 1. Tom. 1. Tempor. in vers. In praedictis omnibus magis in fin.

(s) In leg. Si filius, n. 3. ff. de Judic. Paul. & Angel. in leg. Dies cautionis, §. Haec autem, ff. de Damn. infect. Avil. in cap. 1. Judicium syndicatorum in gloss. 1. n. 16.

20 Nobilis potest pro debito in carcere detineri, donec probet suam Nobilitatem.

21 Judex ex dolo, culpa, vel negligentia circa observantiam litterarum sua commissionis potest in syndicato conveniri.

22 Testes contra Judicem in syndicato conventum producti debent deponere in particulari, qua de causa non tribuit jus unicuique, & in quibus omisit adimplere mandata Regia.

23 Judex non potest, ultra quantitatem sibi promissam, aliquid percipere, alioquin in syndicato ex eo poterit conveniri, in septuplo etiam si ejus uxor, vel familia receperit, quamvis ipse ignoraverit.

24 Declaratio leg. 8. tit. 6. lib. 3. Recop.

25 Usurarum crimen mixti fori est, & quibus poenis usurarii sint afficiendi, & alia plura de eis traduntur.

26 Intellectus ad text. in cap. Praeterea, de Usuris.

27 Testes singulares de diversis actibus deponentes admittuntur contra usurarios, ad hoc ut puniantur, & pro manifestis usurariis habeantur.

28 Testes deponentes, se mutuum sub usuris recepisse, admittuntur contra dantem, quamvis sint singulares, dum tamen nullam utilitatem ex suo testimonio consequantur: & qualiter de jure Regio fidem contra usurarios faciant, traditur.

29 Syndicatores Judices, quid observare debeant circa testium receptionem, & examinationem, quando in syndicato procedunt contra Magistratum, & eorum Officiales, explicatur.

30 Testium nomina sunt declaranda, & eorum copia danda Magistratibus, quando eos producant in syndicato.

31 Stylus, qui servatur in imponendis culpis Correctoribus in syndicato, sermone Hispano compositus.

32 Libellus responsorius Correctoris ad culpas sibi in syndicato impositas.

33 Interrogatorium, seu articuli a Correctore facti, pro excusandis culpis sibi in syndicato oppositis, Hispano compositi.

34 Testificari potest familia Magistratus ad ejus defensionem, quando contra eum in syndicato proceditur in iis, qua testificantes non tangunt.

35 Testes tres singulares sufficiunt contra Judices, ad probandum crimen concussionis sibi in syndicato impositum.

36 Judices dona recipientes debent in quadruplo puniri in syndicato: & aliquid ultra salaria recipientes in septuplo, & quibus, & qualiter dicta poene sint applicanda, traditur.

37 Syndicatores, qualiter se habere debeant in recipienda ratione panarum Camerae, & bo-

norum communium Civitatis, explicatur.

38 Sententia contra Correctorem in syndicato ferenda Hispano composita.

39 Assentia in syndicato lata contra Magistratum, & ejus Officiales non appellatur, nisi condemnatio excedat summam trium millium marapetinarum, deposita tamen prius condemnatione penes personam fidelem.

40 Appellari potest de jure communi a sententia lata contra Magistratum in syndicato.

41 Intellectus legis 3. Cod. Quorum appellat. non recipit.

42 Syndicatores post lapsum triginta dierum, tenentur suis expensis mittere omnia gesta in syndicato ad Consilium Supremum.

43 Epistola mittenda ad Supremum Consilium a Syndicatoribus, cum relatione eorum, qua ab eis gesta sunt in syndicato, sermone Hispano composita.

44 Supplicatio non habet locum a sententia revocatoria, vel confirmatoria lata in Consilio Supremo in causis syndicatorum, nisi in ea contineatur condemnatio perpetuae privationis officii, vel corporalis poena.

45 Libellus actionis, vel accusationis intendenda in syndicato ad instantiam partis, sermone Hispano compositus.

CAPUT UNICUM.

DE ORDINE PROCEDENDI,
& fulminandi processum in syndicato.

1. Postquam a Principe creatus fuerit Judex Syndicator ad videndas rationes alicujus Magistratus, & pervenerit ad Civitatem, vel Locum, ubi reddenda sint, facere statim debet, quod Concilium illius Loci convocet, & congregetur: quo simul congregato, Provisionem Regiam suae commissionis ostendere, & offerre debet, & cum ea requirere Correctorem antiquum, & ejus Officiales, & Rectores illius Loci, quod eidem obediant, & adimpleant omnia in Literis suae commissionis contenta. Et tunc Corrector antiquus nomine Concilii suscipit Regiam Provisionem, & eam osculatur, & super caput imponit, & Tabellio Concilii eam legit: qua lecta, Corrector antiquus inquit, quod in quantum attinet ad implementum Regiae Provisionis, ipse praesto est eam adimplere, dummodo Judex Syndicator prius praestet juramentum a lege Regia requisitum, qua est lex 21. tit. 7. lib. 4. Recopil. & ita in ipsamet Provisione Regia commissio- nis praecipitur, quod Judex novus illud juramentum praestet in manibus antiqui.

Quo juramento praestito, Corrector anti-

quus tradit Potestati de novo venientis falcis, & bo-

feu virgas ejus, & Officialium, prout in Regia Provisione præcipitur; tamen aliquando Rectores Loci contentant, ipsos tradituros falces novo Judici, quod tamen facere nequeunt, secundum Paridem de Puteo, (a) & est contra tenorem Provisionis Regiæ: 2. & ita per adventum novi Judicis Corrector antiquus, & ejus Officialia, actis præmissis, suspenduntur ab officio, juxta text. in leg. 5. tit. 6. lib. 3. Recopil. & in Provisione Regia sic præcipitur, & non abs re; alioquin intrucent testes, & eis minas inferrent. (b) Intelligi tamen debet, Correctorem antiquum ab officio suspendi per adventum successoris, post presentationem Regiæ Provisionis in Concilio Loci factam, quia literarum præsentatio, & non data attendi debet. (c) Susceptis itaque fascibus à novo Judice, prælitroque ab eodem prædicto juramento, Judex novus statim debet saltem intra tres dies præcipere Tabellioni Concilii, quod coram Rectoribus, Procuratore Generali illius Loci, & reliquis personis illius Concilii legat omnia capitula Correctorum, & Judicum syndicatorum, & copiam eorum ponat in fine libri Concilii, quæ capitula continentur in tit. 5. 6. & 7. lib. 3. Recopil. & hoc fieri præcipitur a leg. 21. tit. 7. lib. 3. Recopil. & à leg. 40. tit. 6. lib. 3. Recopil.

3. Quibus sic factis, Judex Syndicator deinde requirere debet Tabellionem, quod eundem exhibeat fidem, & testimonium illius dici, quo à Concilio illius Loci receptus fuit ad ejus administrationem, quod testimonium ad Supremum Consilium Regium mittere debet, juxta dispositionem text. in leg. 40. tit. 6. lib. 3. Recopil. & tunc Procurator Generalis illius Loci nomine Concilii, & Loci petit à Judice novo, quod præstet cautionem fidejussoriam de bene administrando, & de stando syndicatorum per spatium triginta dierum, administratione finita: quam satisfactionem Judex novus præstare tenetur, saltem intra triginta dies connumerandos à die quo fuit admittus à Concilio illius Loci, juxta text. in leg. 23. tit. 7. lib. 3. Recopil. Quibus omnibus sic peractis, Judex novus in plateam, & forum publicum Loci exire debet, & præcipere, quod publica banna, & præconia per totam Civitatem, & loca ejus consuetæ emittantur, quibus manifestetur syndicatorum Magistratus antiqui, & ejus Officialium, & quod si aliquis voluerit querelam exponere adversus Magistratum antiquum, ejus Officialia,

(a) In Tract. Syndicatus in parte, sequitur de modo, n. 3.
(b) Secundum Puteum ubi sup. in parte officialis finito officio, n. 6. & in parte recusat in Officio, n. 2.
(c) Text. in cap. Capitulum Sæclæ Crucis, de Rescript. cap. Ut debitas honor, de Appell. & in cap. Si qualiter, de Cleric.

les, uxorem, & familiam, Rectores Civitatis, Tabelliones, Procuratores, & reliquos Reipublicæ Officialia, compareat intra triginta dies, & quod ei justitia administrabitur; alioquin, prædicto termino elapso, non audietur; & debetque mittere Tabellionem ad Vicos, Pagos, & Villas territorii illius Civitatis, ut prædicta banna, & præconia syndicatorum emittere faciat, secundum Amodemum, (d) & ita dispositum est de Jure Regio in leg. 10. tit. 7. lib. 3. Recopil. Quæ præconia vulgari sermone emittuntur forma sequenti.

PREGON DE RESIDENCIA.

4. „ Sepan todos los vecinos, y moradores de esta Ciudad, y de los Lugares de su Jurisdiccion, como por mandado de su Magestad es venido à ella Fulano por Corregidor, y Juez de Residencia, y viene à tomar residencia à Fulano, Corregidor que ha sido de esta Ciudad, y à su Teniente, Alcalde, è Alguaciles, Carcelero, y à otros qualesquier Oficiales, y à los Regidores, Escrivanos, Procuradores, Sermos, Alcaldes de la Hermandad, y à otros qualesquier Administradores de las cosas, y rentas de esta Ciudad: porende quien contra alguno de los sobredichos quisiere pedir, ò demandar algo, y acular civil, ò criminalmente de qualquiera injusticia que le haya hecho, ò de cosa que de le haya recebido, ò de cohechos de oro, plata, paños, sedas, y otras cosas, que haya llevado, ò derechos demasados, que hayan recebido, ò agravios, injurias, ò otros excessos, que le hayan hecho, parezca ante el dicho Señor Juez de Residencia dentro de treinta días, que corren desde hoy en adelante à la hora de las diez, que en este termino le oyrá, y hará justicia, pagandole, y satisfaciendole los daños, è injusticias, que le huvieren sido echas; donde no, que el que no pareciere dentro del dicho termino, no le oyrá, ni admitirá sus demandas, è querellas, è lo havrá por excludo, è desde luego lo pronunciará por no parte, è sus demandas, è querellas por excludas. Y porque mas libremente se puedan quedar, è poner demandas contra los sobredichos, el dicho Señor Juez de Residencia toma, è recibe à las dichas personas querellantes, desde agora para entonces,

non resid.

(d) In Tract. Syndicatus in parte, deinde dicti domini syndici, & Puteum in eodem Tract. in parte, deinde vero euntur, & Avil. in cap. 3. Judicum syndicatorum in gloss. à num. 1.

ces, è desde entonces para agora, debaxo del seguro, amparo, y defension de la Magestad Real del Rey Don Phelipe nuestro Señor, &c.

Simul cum prædicto banno debet Judex facere, quod aliud præconium super rebus tangentibus ad rectam gubernationem Reipublicæ emittatur in platea, & locis consuetis Civitatis: congruit enim bono Prædicti curare, ut sua Reipublica pacata, & quieta sit: quod præconium sermone Hispano datur forma sequenti.

PREGON DE LAS COSAS TOCANTES al buen gobierno de la Republica.

5. „ Otrosi, manda el dicho Señor Corregidor pregonar, que ninguno sea ofiado à traer armas, si no fuere conforme à la Pragmatica de su Magestad, y Leyes de estos Reynos, lo pena, que por el mismo caso, sin otra sentencia, ni declaracion las tenga perdidas.

6. Hoc præconium de armis emittitur, quia de Jure regulariter usus armorum prohibitus est: (e) quæ regula procedit, tam in armis offensivibus, quam in defensivibus, quoniam appellatione armorum etiam defensibilia veniunt. (f)

De Jure tamen hujus Regni licitum est unicuique enslem simul cum pugione portare, id est: Espada, y daga juntamente, dummodo non portet cum pluribus sociis enses deferentibus, id est, en cuadrilla. Et plures socii armati cum ensibus, id est, cuadrilla, dicuntur quatuor homines cum ensibus armati: & dummodo enslem, & pugionem in lupanariis non portet, id est, en las mancebias: & dummodo portans non sit ex noviter convertis Regni Granatensis: & dummodo enslem, & pugionem nocte non deferat post horam prohibitam, id est, despues de echada la campana de queda, quæ tangi debet postquam hora decima noctis sonuit, nisi secum deferat lumen facis, lanternæ, vel candelæ, vel nisi de mane ad laborandum vadat, nam tunc non potest sibi Familia arma auferre, ita

disponit text. in leg. 4. & 5. tit. 6. lib. 6. Recopil. & de noviter convertis Regni Granatensis prohibitis arma portare loquitur text. in leg. 7. tit. 2. lib. 8. Recopil. & inibi lex 8. hoc declarat, & dummodo ensis non excedat mensuram à lege præscriptam, scilicet, que no sea espada de mas de cinco quartas de vara de eucubilla en largo; alioquin, si excedat, potest portanti auferri, & pro prima vice incidit in poenam decem ducatorum, & quod in carcere sit detentus per spatium decem dierum, & pro secunda vice prædicta poena debet duplicari, & uno anno in exilium mitti, quæ poena pecuniaria Familæ auferenti applicatur, ita disponitur in leg. 9. tit. 6. lib. 6. Recopil. ubi prædicta mensura ensis, & poena constituitur.

7. Insuper delatio ensis, & pugionis permittitur, dummodo simul portentur, alioquin, si absque ense pugio portetur, id est, sola daga, ò puñal, auferri potest, juxta text. in leg. 10. tit. 6. lib. 6. Recopil. & dummodo portans enslem, & pugionem prima tonsura initiatus jurisdictionem Regiam non declinaverit, gaudere volens privilegio Fori Ecclesiastici, id est, si no huviere resuñido corona, nam is arma ferre non potest; alioquin possunt ei auferri, & ultra eorum amissionem incidit in poenam sex mille marapetinetorum, juxta text. in leg. 5. tit. 4. lib. 1. Recopil. & explicat Covarruvias, (g) qui resolvit cum Joan. de Platea, & Palacios Rubios, poenam pecuniariam lege seculari statutam adversus arma portantem per non posse contra Clericum apud Judicem Sæcularem, sed petendam esse apud Ecclesiasticum, imò existimat ipse, Judicem Ecclesiasticum non teneri exequi illam poenam adversus Clericum, sed posse Clericum punire poenis juris Canonici & pecuniaria multa, & ejus arbitrio: ceterum tamen, Clericum cum ipsis armis deprehensum posse per Judicem Sæcularem, & ejus Familiam expoliari ipsis armis, absque ullo metu excommunicationis, nec Judicem Sæcularem compelli posse per Ecclesiasticum illa arma restituere, & quod ita apud Hispanos jam usus obtinuit, ut Clerici cum armis deprehensi per

Rr 2

Sæ.

(e) Ut in leg. unic. Cod. Ut armor. usus, lib. 11. & in Auth. de Armis, §. Si autem, Collat. 6. & notat Barr. in leg. 1. per text. illum, ff. Ad leg. Juliam de vi public. Bald. in leg. Data oper. Cod. Qui accus. non poss. Panorm. & reliqui in cap. 2. de Vita, & honest. Cleric. text. in cap. Qui culpatur 23. quæst. 1. quam regulam ponit Rojas in fing. 21.

(f) Leg. armorum 41. ff. de Verb. signific. & notat gloss. in Clem. Ne in agro, §. Quia vero, verbo, Arma, de Stat. Monach. & Guid. Papa in decis. 473. Hyppol. in Pract. Crimin. §. Pro complemento à n. 1. Thom. Grammatic. in consl. 69. n. 10. & in consl. 43. n. 4. & est lex 7. tit. 6. lib. 6. Recopil. Et prædictam regulam cum septem limita-

tionibus ponit Socin. in reg. 30. & eandem cum tribus ampliation. & undecim limitationibus constituit Petr. Duén. in reg. 55. & notat Covarr. lib. 2. Variar. cap. 20. n. 18. vers. Trigesimosexto, & singulari commento prædictam regulam octo extensionibus, & septem declarationibus illustrat Jacob. Menoch. lib. 2. de Arbitr. cent. 4. cas. 394. ubi refert Plaz. lib. 1. Epit. delictorum, cap. 8. Tiraquel. & alios plures DD. de eadem re agentes, & pluribus etiam ornat Jul. Clar. lib. 5. Sententiar. §. fin. quæst. 82. in statuto 6. de Delation. armorum.

(g) In Pract. Quæst. cap. 33. n. 7.

Secularem eis expolientur. (b) Et tandem, dum modo portans ensem cum pugione eis non abatur, aliquem percutiendo, nam tali casu amittit ea, etiam si in fraganti delicto non deprehendatur, juxta text. in leg. fin. tit. 23. lib. 4. Recopil. per quam intelligi debet lex 1. cap. 3. tit. 29. lib. 4. Recop. 8. Et in casibus, in quibus arma deportantibus auferri possunt per Familiam, tenetur auferens ea manifestare, & exhibere die sequenti coram Judice, ut sententia declaratoria super eorum amissione proferatur, & ut constet qualiter, in quo loco, & qua hora, & cui fuerint ablata, juxta text. in leg. 5. tit. 6. lib. 6. Recop. & in leg. 1. cap. 3. tit. 29. lib. 4. Recop. que in loco constat, necessariam esse sententiam declaratoriam super amissione armorum.

Et est advertendum, quod Familia, que extra supradictos casus ensem, & pugionem auferit alicui, debet eidem reddere cum quadruplo, juxta text. in dict. leg. 5. tit. 6. lib. 6. Recop. Est etiam advertendum, quod non sufficit, quod quis sit inventus cum armis, ad hoc ut ea perdat, nisi *actualiter* capiatur a Familia: (i) & hanc esse frequentiore consuetudinem in toto fere Orbe Christiano, scilicet arma non amitti, nisi quis fuerit deprehensus armatus, etiam si constet, illum arma portasse, testatur Covarruvias. (j)

Otrosi, manda pregonar el dicho Señor Corregidor, que ningunas personas sospechosas anden juntas en compañía de cuadrilla, lo pena, que qualquiera armas que truxeren de día ó de noche, las tengan perdidas, &c.

Hoc præconium procedit ex dispositione leg. 4. tit. 6. lib. 6. Recop. ex qua leg. colligitur, quod quadrilla dicitur, quando *andan quatro con armas*, & ex his, que in præcedentibus diximus.

Otrosi, que ninguno trayga espada, daga, puñal, ó otra arma de lembaynada, ó in contera en qualquier tiempo, y lugar, &c.

Otrosi, que ninguno sea ofladado de me-

(b) Secundum eundem Covarr. lib. 2. Variar. cap. 20. n. 18. in fin. quem sequitur Menoch. ubi supr. n. 34.
(i) Arg. text. in leg. Si Barjorem, Cod. de Fidej. & expresse firmat Paul. de Castro in leg. 1. n. 4. Cod. Ubi Senator. vel Clerici. Cepol. in Repet. leg. Si fugit, n. 37. Cod. de Serv. fugit. Hypopol. in Pract. Crim. §. Pro complement. n. 24. Palac. Rub. in Repetit. cap. Per vestras, nota. 3. §. 2. n. 12. & Montalv. in suo Repertor. Ordin. verb. Quæro nunquid, verb. Arma, ubi resolvit, an in domo, vel juxta domum alicujus possint ei arma auferri.
(j) In Pract. Quæst. cap. 33. n. 7. in fin. cujus opinio nem sequitur Jul. Clar. lib. 5. Sentent. §. hu. quæst. 82. in stat. 6. circa delationem armorum.

ter armas en la Carniceria, ni Pescaderia, ni en la Mancebia, ni en casa de Cantonera, &c.

Otrosi, por evitar inconvenientes, que podrian resultar, manda el dicho Señor Corregidor apregonar, que los que fueren al rio, ó a fuentes, ó al horno, donde van las mozas, y las mugeres a lavar, cocer, no lleven armas, ni tampoco las lleven por la calle, yendo acompañando a mugeres sospechosas, só pena, que las hayan perdido en los dichos lugares, y que sean trahidos a la carcel, como a la Justicia le pareciere, &c.

Ista tria capitula præcedentia hujus præconiü procedunt ex eo, quod ad Judicis officium spectat præcavere, ne damna, & scandala in Republica oriantur, & ut vicia, & occasiones delinquendi evitentur: melius enim est in tempore occurrere, quam post exitum vindicare: (k) non enim expectandum est, ut insula ruat, ut inquit Jurisconsultus. (l)

Otrosi, que todas las personas, que se han llamado, ó llamaren a la Corona para, se eximir de la Jurisdicción Real, no traygan armas algunas publicas, ni secretas; só la pena de las Leyes de los Reynos.

Hoc præconium procedit ex dispositione leg. 5. tit. 4. lib. 1. Recop. ubi interdicitur delatio armorum Clericis *prima Tonsura* se exemptibus a Jurisdicción Seculari, & ultra armorum amissionem puniuntur poenæ sex mille marapetorum, que prohibitio etiam *ex Jure Canonico* inducta est, (m) nam arma Clericorum debent esse lachrymæ. (n)

Otrosi, que ninguna persona de qualquier condicion, y calidad que sea, no ande disfrazado, ni en habito, que no le venga a piè, ni a caballo; só la pena de las Leyes de los Reynos, &c.

Hoc præconium procedit ex dispositione leg. 7. tit. 15. lib. 8. Recop.

Otrosi, que ninguno sea ofladado a echar mano contra otro a espada; só pena, que le sea enclavada la mano en el rollo desta Ciudad, &c.

(k) Ut in leg. 1. Cod. Quando licet univocis, & in leg. fin. §. Ipsi non autem, Cod. de bonis que liber. & in leg. fin. Cod. la quib. caus. in integr. restit. necesse non est.
(l) In leg. Stipulationes non dividuntur, §. Plane, ff. de Verb. oblig. & tradit Hypopol. in conf. 21. n. 23. & probatur in leg. 4. tit. 6. lib. 6. Recop. & in leg. 4. & 20. tit. 23. lib. 4. Recop.
(m) Ex cap. 2. de Vita, & honest. Cleric. & ibi notar Greg. & in Clem. 1. eod. tit. & in cap. Clerici, & quasi per totam 23. quæst. 8.
(n) Ut in cap. Contentior 23. quæst. 8. & in cap. Porro, & ibi gloss. 16. quæst. 4. gloss. in cap. Ex multa, §. fin. de Vite. Jall. in leg. Imperium, ff. de Jurisdic. omni. jud.

Supradictum præconium procedit ex leg. Item apud Laborem, vers. Si quis pulsatus, (o) ff. de Injur. ubi Bartolus inquit, prædictum delictum puniendum esse *arbitrio Judicis*, & ita expresse probat lex 6. tit. 9. Part. 7. ac proinde ratione supradicti præconiü illa poena praticatur; in Curia tamen Regis, qui ensem evaginaverit, puniri debet poena abscissionis manus, juxta text. in leg. 1. tit. 23. lib. 8. Recop.

Otrosi, que todos los vagabundos, y personas, que no viven de sus trabajos, ni tienen oficios, ni señores, salgan deste lugar dentro del tercero dia; só la pena de las Leyes de los Reynos, &c.

Hoc præconium procedit ex dispositione leg. 1. cum duab. sequent. & leg. 6. 11. & 12. tit. 11. lib. 8. Recop. 11. ubi diversæ poenæ adversus vagabundos imponuntur, & in dict. leg. 11. explicatur, qui dicantur vagabundi. (p)

Otrosi, que todas las personas, y vecinos desta Ciudad, y alguno dellos no sea ofladado de estar amancebado, ni ser alcahuete, ni hechicero, y las personas que lo fueren le, salgan della dentro de tercero dia; só pena, que se procederá contra ellas conforme a las Leyes de los Reynos.

Quod præceptum, quantum ad concubinariorum, procedit ex dispositione tit. 19. lib. 8. Recop. (q) & quantum ad lenones, procedit ex dispositione tit. 22. Part. 7. (r) & quantum ad fortilegos, maleficos, procedit ex leg. 5. cum duab. sequent. tit. 3. lib. 8. Recop. (s)

Otrosi, que ninguno sea ofladado de jugar dados, ni naypes, ni otros juegos vedados, por Leyes de los Reynos, ni tener tablero

(o) Et ibi gloss. verb. Alioquin.
(p) Quod etiam docet gloss. in leg. Heres absens, §. Proinde, verb. Debetur, ff. de Judic. quam notar Navarr. dicens eam memorabilem in cap. Placuit, n. 80. de Pœnitent. Distinct. 6. gloss. & Bart. in leg. 4. §. Prætor, verb. Habitacionem habeant, ff. de Damn. infest. & plura de vagabundis tradunt DD. in leg. univ. Cod. de Mend. lib. 11. & Didac. Perez in leg. 1. & 2. tit. 14. lib. 8. Ordin. quæ omnia conducunt Decreto Concilii Tridentini, Sessioe 24. de Reformat. matrimonii, cap. 7.
(q) Et in Concil. Trident. Sessioe. 24. de Reformat. matrimonii, cap. 8. & Sess. 25. de Reformat. cap. 14. & plura de concubinariorum tradit Didac. Perez in leg. 23. & 24. tit. 3. lib. 1. Ordinam. & in leg. 3. tit. 15. lib. 8. Ordinam. & Jul. Clar. lib. 5. Sentent. §. Fornicatio, & Avil. in cap. Prætorum in cap. 1. in gloss. verb. Mugeres, & in cap. 47. in gloss. verb. Manceba, & Avend. de Exequend. mand. 2. part. cap. 26.
(r) Et tradit ibi Greg. Lup. & Didac. Perez in leg. 3. tit. 14. lib. 8. Ordin. in gloss. verb. Rufianes.
(s) Et tradit aliqua de eis Aviles in cap. Prætor. cap. 53. in gloss. verb. Adversus, & Avend. de Mand. exequend. 2. part. cap. 32. & Did. Perez in leg. 9. tit. 1. lib.

de juego en publico, ni en secreto; só pena de incurrir en las penas de las Leyes de los Reynos, &c.

Quod præconium procedit ex his, que disponuntur in tit. 7. lib. 8. Recop. ubi plures sunt decisiones agentes de poenis contra ludentes ad ludos prohibitos, & in leg. 3. & 5. illius tit. *Se prohibe, que nadie tenga tableros de juego en su casa; só las penas alli puestas.* (t)

Otrosi, que ningún Melonero, ni Bodegonero acoja, ni reciba rufianas, ni malas mugeres, que ganen por sus personas, ni ladrones, ni vagabundos, ni a vecino del Pueblo, ni a otra persona sospechosa; só pena, que por la primera vez pague seiscientos maravedis, y por la segunda mil maravedis; y mas, sea deterrado desta Ciudad, y su jurisdicción por espacio de medio año precisamente: y por la tercera le sean dados cien azotes, y un año de destierro preciso.

Hoc enim præconium procedit ex eo, quod bonus Præses summa diligentia curare debet suam Rempubicam malis hominibus purgare, peccata punire, & receptores eorum coercere. (u) Et quod expurgare debeat Rempubicam latronibus, lenonibus, vagabundis, probatur *de Jure Regio* in leg. 4. cum sequent. tit. 11. lib. 8. Recop.

Otrosi, que todos los Meloneros desta Ciudad, y su jurisdicción guarden los aranceles, que les fueren dados, y conforme a ellos lleven los dineros de los huéspedes, que posaren en sus posadas, y tengan buenas camas limpias, y pecebres sanos, y no tengan en las caballerias Gallinas, ni Puercos, y que tengan buen aparejo de paja, y ce-

8. Ordin. in gloss. 1. & Simanc. de Instit. Cathol. tit. 30. a. n. 16. & in tit. 62. & Jul. Clar. lib. 5. Sententiar. §. Hæresis, n. 27.
(t) Et plura de ludis, & de ludentibus ad ludos prohibitos, & de habentibus in domibus suis tabularia ad ludos congerit Avil. in cap. Prætor. cap. 29. in gloss. verb. Juegos, & in gloss. verb. Ni tableros, & Avend. de Exequend. mand. 2. part. cap. 9. Didac. Perez in tit. 10. lib. 8. Ordin. Covar. in reg. Peccatum, 2. part. §. 4. & Soto lib. 4. de Just. & Jur. quæst. 5. art. 2. fol. 313. & F. Franc. de Alcocer in singulari tract. de Ludo, quem populari sermone edidit, ubi in cap. 7. refert leges juris positivi communis, & hujus Regni prohibentes ludum, & in cap. 12. agit qualiter peccent ludentes contra leges hujus Regni ludum prohibentes, & in cap. 61. & 62. agit de Poenis imponendis, tam de *Jure communi*, quam Regio adversus ludentes ludis prohibitis, & Jul. Clar. lib. 5. Sent. §. Ludus, & plura de ludo, & lusoribus congerit Menoch. lib. 2. de Arbitr. cent. 4. cal. 399. & 400.
(u) Juxta text. in leg. 3. & in leg. congnit, ff. de Offic. Præsid. & ita eadem præcipitur in leg. 16. tit. 6. lib. 3. Recop.

„bada, servicio, y limpieza, so las penas de las Leyes de los Reynos, y Ordenanzas de la Ciudad.

Hoc praconium procedit ex dispositione leg. 48. tit. 4. lib. 3. Recop. & leg. 21. tit. 6. lib. 3. Recop. & ex leg. 6. & 7. tit. 11. lib. 7. Recop. (x)

„Otroso, que todos traygan a referendar, y concertar sus pesos, y medidas dentro de quince dias, so pena, que el que no lo hiciera, seran en el executadas las penas de las Leyes de los Reynos.

Hoc praconium procedit iuxta dispositionem text. in leg. 19. tit. 5. lib. 3. Recop. & leg. 4. tit. 13. lib. 5. Recop.

„Otroso, que ninguno sea oflido a jugar bolos, ni otros juegos los Domingos, y Fiestas de guardar antes de Misa, io pena de seiscientos maravedis por la primera vez; y en defecto de no los tener, que este seis dias en la carcel; y por la segunda vez la pena doblada, y por la tercera un año de destierro preciso.

Hoc praconium procedit ex eo, quod Judex praecavere debet, quod peccata, & res mali exempli puniantur, iuxta text. in leg. 36. tit. 6. lib. 3. Recop.

„Otroso, que los Ropavejeros no vendan ropa alguna que comparen, ni la deshagan, sin teneria primero colgada a su puerta por termino de diez dias, ni compren cosa alguna de las almonedas, so pena, que seran en ellos executadas las penas de las Leyes de los Reynos.

Quod praconium procedit ex dispositione leg. 16. & 17. tit. 12. lib. 5. Recop.

„Otroso, que ninguna persona de, ni fie cosas de comer, ni de otra qualquiera cosa a ningun criado del dicho Señor Corregidor, ni sus Oficiales, ni Justicias, si no fuer por sus dineros, a justo precio, y a luego pagar, so pena, que lo tengan perdido.

(x) Et de Hospitatoribus, & Stabulariis aliqua tractat Avendan. in cap. Præ. 2. part. cap. 8. ubi leges Regias de eis agens explicat, & Avil. in cap. Prætorum, cap. 28. (y) Et notat gloss. & Bald. in leg. Quisquis, Cod. eod. (z) In leg. 9. tit. 15. lib. 2. Ordin. & Avil. in cap. Prætorum, cap. 2. in gloss. verb. Hereditat. n. 6. & in gloss. verb. Especial mandado 7. n. 19. & Avend. de Mand. exequend. 1. part. cap. 2. n. 22. (a) Et tractat Covarr. in cap. Quatuor passum, 1. part. §. 1. n. 10. verbi id vero, & §. 7. n. 10. cum sequent. ubi quod fit blasphemia relolvit, & Soto lib. 2. de Justicia, & jure, quest. 3. art. 11. col. 4. & in lib. 5. quest. 2. art. 1. col. 5. & quest. 3. art. 3. col. 4. Et Simanc. de Institut. Cathol. in tit. de Blasphemis. Didac. Perez in Rub. & in leg. 1. & 2. cum aliis, tit. 8. lib. 8. Ordin. & Jul. Clar. lib. 5. Receptar. §. Blasphemia, & Jacob. Menoch. lib. 2.

Quod praconium procedit ex textu, ubi notant DD. in leg. 1. Cod. de Contractibus. Judic. & in leg. Principibus, ff. Si cert. petat. (y) & ex leg. 8. tit. 6. lib. 3. Recop. & ex leg. 12. tit. 4. lib. 3. Recop. & ex leg. 13. tit. 23. lib. 4. Recop. & ex his, quæ notat Didac. Perez. (z)

„Otroso, que nadie sea oflido de blasfemar, ni decir mal de Dios, ni de su Bendita Madre, ni de sus Santos, so las penas de las Leyes de los Reynos.

14. Hoc praconium procedit ex eo, quod Correctoribus, & Judicibus jungitur a leg. 36. tit. 6. lib. 3. Recop. Et de poenis, quibus blasphemi plecti debent, agit. lex 54. tit. 4. lib. 3. Recop. & lex 20. tit. 6. lib. 3. Recop. lex 1. & 2. tit. 4. lib. 8. Recop. (a) Podrà tambien en este pregon el dicho Juez mandar apregonar otra qualquier cosa, que le parezca conveniga al buen gobierno de la Republica, y al fin del pregon se dice, que se manda apregonar porque venga a noticia de todos.

15. Emisio supradictis bannis, Judex Syndicator incipit statim in syndicatione procedere: quæ in re duplici modo proceditur; vel per viam accusationis, quando publice ad instantiam partium de aliquibus criminibus accusatur Magistratus, & adversus eum querela proponuntur, & cuilibet de populo licita erit accusatio, cum delicta sint publica, & Republicæ intersit, (b) & sermone Hispano iste modus procedendi dicitur Residencia publica: proceditur secundo modo per viam inquisitionis, & vulgari sermone appellatur Residencia secreta: licet enim inquisitio de criminibus regulariter sit prohibita, ut resolutum supra; (c) tamen adversus Magistratus in syndicatu bene proceditur per viam inquisitionis, (d) Nec repugnat, quod semper pro Judice præsumendum est, quod bene, & fideliter administravit, (e) quia hæc inquisitio non fit assertivè, sed interrogativè, scilicet, qualiter Judex administravit, Et ita Syndicator, nedum debet

de Arbitr. cent. 4. cas. 375. & in cas. 376. & in lib. 2. de Arbitr. cent. 4. cas. 319. n. 16. (b) Juxta text. in dict. leg. unic. Cod. Ut omni. judic. tam Civil. quam Milit. ibi: Omnibus patet, & in leg. Justissimos, Cod. de Offic. Reii. Provincie. (c) In 5. Part. hujus 1. Tom. cap. 1. de Modo procedendi per viam inquisit. à n. 4. (d) Ut notat Bald. in leg. Observare, §. Proficiat, ff. de Offic. Proconsul. & Angel. in leg. Si vacantis, Cod. de Bon. vacant. lib. 10. & probatur in leg. 11. & 12. tit. 7. lib. 3. Recop. & explicat Avil. in cap. 4. Judicium Syndicatus in gloss. 11. (e) Juxta text. in leg. 2. Cod. de Offic. Civil. Judic. Et notat Jas. in leg. Juste possidet, ff. de Acquir. possess. & Alc. in reg. 3. prziumpt. 9.

bet interrogare testes contra Judicem, verum etiam in ejus favorem, quia pro utraque parte dicere debent: & inquisitio fit, tam boni, quam mali. (f) Et tunc Judex Syndicator format articulos hujus secreta syndicationis, per quos interrogari debet testes, forma sequenti.

INTERROGATORIO DE LA RESIDENCIA contra el Corregidor, y sus Jueces.

16. „Por las preguntas siguientes sean preguntados los testigos, que se tomaren en la pesquisa, y residencia secreta contra Fulano, Corregidor que ha sido desta Ciudad, y Fulano su Teniente, y Fulano su Alcalde, y los demás Oficiales, y contra los Regidores, y Escribanos de Consistorio, y del Numero, Selmeros, y Alcaldes de la Hermandad, Procuradores, que han sido, y son.

Istud caput interrogatorii ponitur ob rationem, quam assignavimus in 1. Part. hujus 1. Tom. (g)

„Primeramente, sean preguntados los testigos por el conocimiento de los contenidos en la cabeza deste interrogatorio, y si tienen noticia desta residencia.

Iste primus articulus ponitur, quia testes cognoscere debent personas, a quibus, & contra quos producuntur; alias congrue testificari non possunt. (h)

II. „Item, si saben, cómo, y de qué suerte el dicho Corregidor, y sus Oficiales han administrado justicia a las personas, que ante ellos la han pedido; y si han dexado de cumplir algunas Cartas, o Cédulas, y Provisiones de su Magestad, y de su Consejo; y si dixeren, que si, declaren, por qué causa no han guardado justicia a las partes, y han

(f) Ut probat. in dict. leg. 11. tit. 7. lib. 3. Recop. & notat Avil. in dict. cap. 4. Judicium syndicatus in gloss. verb. Hæc, cum seqq. (g) 8. Tempot. in expositione interrogatorii ex parte actoris. (h) Secundum gloss. in cap. Cum causam, verb. de Causis. Extra de Testib. & gloss. in cap. 2. verb. Interrogatoria, eod. tit. in 6. & nos explicuimus in 1. Part. hujus 1. Tom. 8. Temp. in expositione interrogatorii ex parte actoris. (i) Explicat Avil. in cap. Correctorum, cap. 1. in gloss. verb. Cartas cum octo glossis seqq. & Avend. de Mand. exeq. 1. part. cap. 2. n. 3. (j) Ut in leg. Justitia, ff. de Just. & jur. & in §. 1. Instit. de Just. & jur. & in leg. 1. tit. 1. Part. 3. (k) Ut notat Bald. in Auth. Statuimus, Cod. de Episcop. & Cleric. Bartol. in leg. Cod. Quomodo, & quando Judex, n. 6. & in leg. fin. ff. de Paro. & extraord. cognit. quest. 9. & probatur in leg. 2. tit. 2. lib. 2. Fori, & ibi Montalv. in gloss. verb. Pierda lo que huviere. (l) Ut in toto tit. Instit. de Puna judic. qui mal. jud. &

„dexado de cumplir las dichas Cartas.

17. Iste articulus procedit ex leg. 1. tit. 6. lib. 3. Recop. (i) Judex enim tenetur unicuique jus suum tribuere, (j) & si Judex non tribuat partem, quod suum est, tenebitur in syndicatu ad interesse parti læsæ: (k) 18. nam Judex, qui sententiam injustam protulit, syndicatu convenire potest: (l) quod procedit, etiam si pars læsæ a tali sententia non appellaverit, & in autoritatem rei judicate sententia transferit, (m) etiam si expressè pars læsæ renuntiaverit appellationi, secundum communem opinionem DD. (n) quæ resolutio vera est, nisi pars læsæ expressè sententiam injustam confenserit, nam tunc non habebit recursum contra Judicem in syndicatu: (o) quod sublimitatur, nisi pars læsæ existens in carcere, ad redimendam vexationem sententiæ injustæ, expressè confensisset, quia tunc bene poterit in syndicatu Judicem convenire ad suum interesse: (p) nec supradictis obstat, quod pars læsæ a sententia injusta non appellans, per illam taciturnitatem censetur sententiam illam approbasse; (q) nam respondetur, quod per illam taciturnitatem sententia injusta censetur approbata, tanquam sic lata, non verò tanquam bene lata: (r) vel respondetur, quod sententia censetur approbata ad hunc effectum, ut remedio appellacionis pars læsæ agere non possit; non autem quoad effectum, ut remedio nullitatis, & querelæ non possit agere, cum ex diversis illatio non fiat: (s) vel respondetur tertio, quod quoad partem adversam sententia censetur approbata, non verò quoad Judicem male judicantem.

19. Quo etiam fit, Judicem in syndicatu conveniri posse ad interesse ex eo, quod aliquem injuste deprehenderit, & in carcerem man-

in leg. fin. ff. de Par. & extraord. cogn. & in princ. Instit. de Oblig. que ex quasi. (m) Secundum glossam in leg. 1. in princ. verb. Non injuriis, & ibi Bart. ff. Quod quisque juris. Bartol. in leg. Item, ff. res, n. 3. ff. de Alienat. judic. mut. caus. Panorm. in cap. Pastoralis, §. Quia vero, de Offic. Deleg. (n) Ex Panorm. in dict. cap. Pastoralis, §. Quia vero, rejecta contraria opinione Bald. in cap. 1. §. Judices, de Pace juram. firm. in nobis Feudor. (o) Secundum Panorm. in dict. §. Quia vero, & Fel. in Rubr. Extra de Appell. & communiter omnes ex Avend. in respons. 11. n. 2. (p) Secundum Avend. in dict. resp. 11. n. 4. (q) Juxta text. in leg. 1. Cod. Si sapius in integr. restit. postul. & in cap. Ex parte, de Appell. (r) Ut colligitur ex Bart. in leg. 3. §. Falsus, ff. Rem ratione haberi, & in leg. 1. §. 1. ff. de Ferris, & ex Fel. in cap. 1. n. 17. Extra de Sentent. & re judic. (s) Leg. Papinianus, ff. de Minor. notat Covarr. in Pract. Quest. cap. 14. n. 8.